



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 32. Quid addendum sit circa causas, ob quas aliquando licita est communicatio cum excommunicatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

ter nominatim est monendus, uti aliàs, quando est excommunicatio ferendæ sententiæ, uti statuit Innoc. III. Cap. *statuimus* De sent. excomm. *Dicast.* à n. 351, ubi notat circa participationem cum excommunicatis ab alio probabilius esse non requiri, ut participantes vel excommunicati nominentur.

285. Q. 32. Quid addendum sit circa causas, ob quas quando licita est communicatio cum excommunicato. R. §. 1. Cap. 54. De sent. excomm. sic habetur: cum voluntate ac proposito maleficia distinguantur, excommunicationis sententiam non incurrit, qui excommunicatus in his, quæ ad absolutionem vel aliàs ad salutem anime pertinent, in locutione participat, licet etiam alia verba incidenter, ut apud eum magis proficiat, interponat. Ex quo textu infert *Dicast.* d. 2. n. 547. licitum esse in eo casu cum illo agere humaniter, alloqui, salutare, benignè salutaria monita illi scribere &c. concesso enim sine etiam conceduntur media ad illum. Addit *Avila*, Confessarium posse eum ad confessionem admittere, ut ei salubre consilium præbeat, etiam si eidem constet non esse absolvendum; intellige tamen semper, si speretur utilitas vel fructus.

286. §. 2. Qualis communicatio licita sit conjugibus, si unus eorum sit excommunicatus, accuratè explicat *Dicast.* à n. 559. & aliquid etiam dixi, ubi de famulis. Qualis licita sit Religiosis respectu prælati excommunicati explicat idem *Dicast.* à n. 573. sed cum rarò hoc eveniat, omitto.

287. Q. 33. Quid notandum sit circa illum, qui dicitur inforDESCERE in censura. R. §. 1. InforDESCENTIA præcipuè dicitur ratione excommunicationis, atque tamen etiam convenit aliis censuris: ille autem dicitur